



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

Quid est meritum. tit. 172

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

seipso æquale est præmio, & sic nullum est opus nostrum ex se tale, quod exequari possit æternæ gloriæ. Excedit hoc facultatem naturæ humanæ, vt Lyra. per illud Tit. 3. Secundum misericordiam nos saluos fecit. Rom. 8. Non sunt condignæ passiones, &c. Alio modo accipitur meritum pro opere ex pacto quodâ & promissione, aut libera voluntate & gratia, vbi præmium multum excedit meritum. Sic promittit Deus gratuita liberalitate vitam æternâ bona facientibus, Ioan. quinto. & Matt. 3. si non adesset talis promissio, nullum esset præmium. Oritur ergo promissio ex Dei misericordia, & non ex nostris operatis operibus, Roman. 6. Gratia Dei vita &c.

QUID EST MERITUM.

TITVLVS CLXXII.

Primò, merita sunt dona Spirituality & corporalia, quæ solus Christus vnica sua morte meruit apud patrē. Spirituality dona sunt, remissio peccatorum, habere Spiritum sanctū cum donis suis & virtutibus, Gal. 5. vitam æternam. Nam semel intravit in sancta, & æternam reperit redemptionem.

Secundò, solum vnicū meritum est in Ecclesia, quod meruit à patre omnia dona, & hodiè meretur Spirituality & corporalia: vt sunt panis quotidianus, pax, sanitas, & cæteræ benedictiones, Deu. 28. Omnia propter Christi sanguinē distribuuntur credentibus, non propter nostra singularia opera, nec est singulare meritum, sed ipsa Christi passio distribuitur, id est, causa est, propter quam omnia nobis dona corporalia & Spirituality distribuuntur, sicut dicit Ioan. 1. De plenitudine eius accipimus omnes.

Tertiò, fides, Sacramenta, obedientia præceptorum, sunt media, quibus apprehendimus distributionem vnicū meriti Christi, non quibus mereamur singulare,

re, aut aliud nouum meritum nostris operibus & diligentia. Sed illud vnicum Christi meritum semper solum manet pro se, & nobis distribuitur de eodem plus vel minus, iuxta gradus laborum. Participatio hic est meritū Christi, non singulare meritum. *Gen. 27* Alio igitur merito, i. Christi nostra ornantur opera, sicut iacob alienis vestibus, i. Esau fratris sui accipit benedictionem, vt inquit Ambrosius: Sic nos Christi merito, id est, alieno opera nostra vestiuntur, & ornantur, nam Christi sanguis causa est præmij nostri, non ipsa dignitas operum nostrorū. Sic inquit Christus, *Matt. 10.* Qui dederit calicem aquæ frigidæ tantum in nomine discipuli, amen dico vobis, non perdet mercedem suam, & 25. Amen dico vobis, quantum fecistis vni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis.

Non est igitur imaginandum, quod sit aliquod premium coram Deo nobis ex operibus nostris, quod impetret nobis salutem & dona, sed sola ipsa meritis Christi, & vnicum illius meritum distribuitur omnibus: sed in vtu & labore augetur in nobis, vel diminuitur, vt inquit Cyprianus lib. 4. Epistola 7. quod quidam sole, qui omnibus lucet, vtantur magis, quidam verò minus. Sic enim inquit Gratia Dei, id est meritum Christi, æqualiter in baptismo distribuitur credentibus. Non est hic discrimen sexus, non meritorum operum, quia gratis datur, *Roman. 11.* At tamen in vtu & labore augetur gratia & diminuitur, sicut est vnicus sol, diffundens radios suos. Sed iuxta conditionem terræ plus vel minus operatur. Sic dies ex æquo omnibus nascitur. Sed illo vnus altero plus vel minus, lucratur sic semē in terra *Mat. 13.* aut vult fructum centesimum, sexagesimum, trigesimalum, ita diuersitas illa iuxta vsum gratiæ augetur vel diminuitur. *1. Corint. 15.* Differt stella & cætera, Sed vices: Cur tunc monachi & cle-

fici vendunt sua bona opera, orantes & legentes Mis-
 fas pro alijs vt propria merita &c? Respondeo, hec nō
 fiunt vt propria distribuantur merita, sed preceptum
 opera nostra, vt ratione earum nobis regnum grati-
 Deo distribuatur & largiū de vnico thesauro, id est,
 Christi merito, & Christus præcipit, vt vnus pro al-
 tero DEVM precetur, Matt. 6. & Lucæ vndecimo, Pa-
 nem nostrum quotidianum da nobis &c.

*OPERA MALA QUO MODO
 merentur damnationem, & bona ope-
 ra non merentur vitam
 æternam.*

TITVLVS CLXXIII.



PRIMÒ, opus bonum debet esse ex om-
 ni parte, intus in animo, & foris in ope-
 re perfectum, ita quod ex toto corde,
 tota anima, tota voluntate, ex omni-
 bus viribus fiat. Deuter. 6. Diliges Do-
 minum &c. ex toto corde &c. & non sit aliquis mo-
 tus naturæ reclamās. At cum natura oppressa sit pe-
 cato originis, & interna illa immundities semper ad
 sit, vsque ad sepulcrum, ideò opus bonum quod faci-
 mus, non sic est integrum & perfectum, sicuti deberet
 esse. Resistant motus inuoluntarij, ob id & sancti orant
 sibi dimitti debita, Mat. 6. Luc. 11. Sed tūc perfectum
 opus bonum meretur vitam æternam, & nostrum
 opus tale non est, ideò dicit Paulus. Roman. 6. Gratia
 aut donum Dei vita æterna propter Christum. Hoc
 solus meruit nobis vitam æternam.

Secundò, opus malum quoniam fit primò ex in-
 terna immunditia, qua oppressa est natura: subitit
 foris malo & prohibito opere, & sic perfectè intus &
 foris malum, ideò meretur damnationem. Si enim
 & sic